



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

34. An in Bullis Pontificiis, & Decretis Sacrae Congregationis sub nomine
priuationis graduum, & Dignitatum, intelligantur comprehensi
Concionatores, Lectores, Confessores, Magistri Nouitiorum, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

rens, lib. 5. sentent. q. 95. vers. Debet etiam iudex. Gurtier. de Matrimon. c. 75. n. 14. & segg. Sanchez lib. 3. de Matrimon. disp. 48. n. 4. & 8. Cyn. Salyc. & Tusc. ubi supra, & alij. Et hæc opinio multò magis procedit, quando minor pœna imponitur in lege noua pro eodem delicto, pro quo imponebatur grauior in lege antiqua, quia æquas scripta præfertur rigori scripto, vt ait Tusc. loc. citato. Vel quando altera pœna est imposita à iure communi Cælesteo, altera per statutum speciale alicuius Ciuitatis; tunc enim omnes concedunt, non posse iudicem infligere nisi pœnam statutariam. Ita Alber. Iulius Clar. Tusc. & alij supra relati.

3. Ex his inferitur primò, quod licet Gabellas exigere à personis Ecclesiasticis, est prohibitum sub pœna excommunicationis lata sententia, tã à iure antiquo, vt constat ex Quinquag. de Censibus, lib. 6. quam in Bulla Cœna, clausula 18. tamen exigentes Gabellas prædictas, non incurrunt duas excommunicationes, sed vnã tantum contentam in Bulla Cœna, vt concedit Suarius 10. 5. in 3. par. disp. 21. sect. 1. n. 3. & hoc non alia ratione, nisi quia Excommunicatio illa imposita à iure antiquo, censetur ablata per Bullam Cœna, limitem excommunicationem pro eodem delicto imponentem. Secundò inferitur contra Nauarrum, Sanchez, & alios; Regularem solemnizatem matrimonium, sine licentia proprii Parochi, non contrahere excommunicationem latam in Clement. 1. de priuileg. propter rationem supra assignatam; quia scilicet pœna suspensionis pro eodem delicto imposita Tridentino, censetur corrigere eã excommunicationem iuris antiqui. Sic Henriquez lib. 13. c. 38. §. 2. in com. littera E. Suarez tom. 5. in 3. par. disp. 22. sect. 4. n. 12. Sayus de Censur. lib. 4. c. 15. n. 9. Basil. Pont. de Imped. matrim. c. 26. §. 2. vers. Ex quibus. Tamburinus 10. 2. de Iur. Abb. disp. 8. q. 3. & alij. Adde, quod ex alio capite, neque incurritur illa excommunicatio: nam cum eiusmodi matrimonium antiquitus validum fuerit, post Tridentinum verò irritum non habet hodie locum dicta pœna excommunicationis, quia pœna imposita alicui actui, quando erat validus, non incurritur; eo actu inualide effecto. Tertio inferitur contra Salzedum in Pract. Diaz. c. 73. vers. Octauo non est obituione. Rodriguez 1. par. Sum. in 1. edit. c. 219. n. 4. & in 2. c. 221. n. 4. Veracruz append. ad Specul. dub. 11. in fine. Coninch. de Sacram. disp. 27. n. 84. Franciscum Molinam de Rit. nupt. lib. 2. differ. 11. n. 147. Mar. Alter. de Censur. 10. 2. disp. 11. de suspens. c. 5. Barbosa 10. 2. de Potest. Episcop. allegat. 32. n. 162. qui tamen malè citat Sanchez pro hac opinione. Vegam lib. 6. Sum. casu 112. Inferitur, inquam, contra citatos Auctores, quod pœna suspensionis triennalis ab officio imposita in c. fin. §. ult. de clandest. despons. Sacerdotibus, qui matrimoniis clandestinis interfuerint, & etiam Parochis, quamuis non interfuerint: si scientes talia matrimonia non prohibuerint, fuisse correctam, seu ablatam per Concilium Tridentinum, quando Parochus, vel alius Sacerdos assistit matrimonio clandestino inualido defectu numeri testium. Nam Tridentinum sess. 24. c. 1. de matrim. §. Insuper Parochum, imponit pro eodem delicto aliam pœnam, nempe, vt talis Parochus, vel Sacerdos, grauior arbitrio Ordinarij puniatur. Et ita hanc sententiam tenet Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 1. glossa 7. n. 2. in fine. Cenedo in Collect. par. 2. coll. 81. n. 3. in fine. Perez lege 6. tit. 6. lib. 2. ordin. Henriquez lib. 13. c. 38. n. 2. in com. litt. E. Sanchez lib. 3. de matr. disp. 48. n. 4. Gurtier. de matr. c. 75. n. 14. aliter dicunt dictam suspensionem triennem, seu ablatam, per Tridentinum, imponens pœnam arbitriam. Addit tamen optimè Sanchez & Gurtier. ubi supra, quod si proprius Parochus, vel alius Sacerdos de eius licentia, assistat matrimonio valido, clandestino, tamen ob denunciationem omissionem, habebit locum pœna suspensionis imposita in d. c. fin. §. ult. de clandest. despons. quia Tridentinum in hoc casu nullam statuit pœnam.

Sup. hoc supra in principio huius Ref. ad lin. 6. & in Ref. eius annot.

Sup. hoc tertio, quod hic inferitur in tom. 5. tit. 3. Ref. 62.

4. Nota tamen, amice Lector, quod ego supradictas sententias omnes probabiles esse existimo; idè sequere quam vis. Verum quando dicimus legem pœnalem posteriorem corrigere pœnam prioris, intelligitur, quando vtraque lex emanat ab eodem Legislatore, saltem secundum dignitatem: vt si prior lata sit ab vno Principe, & posterior ab eodem, vel à successore. Secus verò si emanat ab omnino diuersis, Exepli gratia, vt si vna lex est Principis Ecclesiastici, & altera secularis, aut vna est lata à Pontifice, altera verò ab Episcopo; tunc enim lex pœnalis posterior, non corrigit pœnam prioris, ac proinde delinquens vtraque pœna sit reus. Ratio autem est, quia Episcopus per suam legem pœnalem non potest corrigere pœnam à Pontifice impositam, neque Princeps secularis pœnam latam à Principe Ecclesiastico, vel è contra.

RESOL. XXXIV.

An in Bullis Pontificiis, & Decretis sacre Congregationis sub nomine priuationis graduum & dignitatum intelligantur comprehensi Concionatores, Lectores, Confessores, Magistri Nouitiorum, Ministri, Consultores, Definidores, &c.

Et notatur dictas pœnas non incurrere ante sententiam criminis declaratoriam. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 224.

§. 1. Hic casus frequenter potest accidere, & deferuiet pro Bulla Pij V. de clausura Clement. VIII. de largitione munerum, & aliarum Bullarum, in quibus puniuntur pœna priuationis administrationum, dignitatum, officiorum, &c. & idè circa dubium propositum affirmatiuam sententiam docet Lezana in Summa q. Regul. c. 10. n. 32, quia dicta verba sunt amplissima: ergo sine fundamento restringuntur: & ad quandam Bullam Sixti V. respondet, quod Summus Pontifex manifestè declarat, se solum loqui quantum ad Constitutionem illam à se editam, non quoad alias à se, vel ab aliis editas, vel edendas; sic enim dicit: Declaramus hac in re, de qua nunc agitur, appellatione dignitatum, honorum, &c. expendere enim particulam illam, hac in re de qua nunc agitur; quo denotat, se non loqui in aliis casibus aliarum Bullarum. Quare dicendum est, per officia, dignitates, honores, administrationes, &c. de quibus in Bullis Pontificiis, & decretis sacre Congregationis fit mentio, intelligi debere ea omnia, quibus propria, & secundum communem vsum, etiam æstimationem, talia vocabula accommodantur. Ita Lezana.

2. Verum contrariam sententiam non solum docet Sanchez in Summa tom. 2. lib. 6. c. 15. n. 66. & Rodriguez in exposit. Mor. Pij V. n. 21. sed etiam Bonacina de clausura, qui punct. 4. n. 6. & de largitione munerum disp. 3. punct. 5. n. 2. ubi tenet sub nomine officiorum, graduum, dignitatum, &c. intelligi gradus honorificos cum superioritate, seu officia, quibus annexum est ius superioritatis, vt Generalatus, Prouincialatus, Guardianatus, officium Visitatoris, Commissarij generalis, Vicarij Monachorum, seu Monialium, officium Abbatissæ, seu Priorissæ. Hoc tamen nomine non veniunt Magister Nouitiorum, Ministri, Consultores, Admonitores, Concionatores, Lectores Theologiæ, Confessarij, Præfectus Sacristiæ, Definidores, Discreti, &c. Ita Bonacina, quod antea docuerat Filiucius 10. 2. tr. 34. c. 3. n. 77. vnde tanquam nimis rigida non videtur amplectenda opinio Lezana, viri quidem docti, & amicissimi.

3. Notandum est etiam hic obiter cum Filiucio ubi supra n. 79. dictas personas non incurrere ante sententiam criminis declaratoriam, & hoc ante illum obseruauerat Soula in Bul. Clement. VIII. de largitione munerum, n. 102. Sanchez ubi supra, n. 65. Faulstus in ref. Relig. lib. 8. q. 130. & alij.

RESOL.

Sup. hoc in tom. 5. tr. 6. Ref. 13.

Sup. hoc in Ref. seq. & lege alias eius primæ anno.